

Hectoris Flisci. 3. U. D. Lauanię & palatini comitis aduocati  
consistorialis ac oratoris rei. p. Genueñ. ad Innocentium Octauum pont. maritum Oratio.

**C**lemens admirabitur Beatissime pater: si inter hos duodecim  
oratores per tuā Genuensem rem. p. ad te missos: ego etate: in  
genio: auctoritate satis inferior: coram te xp̄i vicario tuoq; hoc  
diuino admirabiliue tantoq; patrum cętu: bodierna die de sum  
mis rebus aliquid etiā p̄o virili dicturus: pauēs: trepidus: ro-  
tusq; perterritus adeo cōtremiscam: ut paleat facies: vox titu-  
bet: lingua balbutiēs faucibus adhēreat. Nam sicut īmortalis  
dei aspectus in oculos humanae fragilitatis tanq; fulgur egr-  
diens adeo splendet: q; neminē qui ricererit deum videre potu-  
isse sacre litterę attestant̄. Ita celsitudinis tuae maiestatem ille  
us dinini numinis splendore coruscantē: imbecilles oculi mei  
velut niticoracis solis radios nequeunt tolerare. Terū me per  
se excusabilis parendi necessitas cogit. Recreat aut̄ atq; reficit  
consistorialis nuperrime aduocationis meę & aliquā tecum pri-  
uate p̄suētudinis recordatio: sed ante oīa/suma ac admirabilia  
erga oēa clemētia tua: qua etatis nr̄e nemini cedis: & que vna  
inter inumeras virtutes tuas adeo splendet: ut existimem ver-  
niam mihi facile concedendā. si quid minus ornate: minus ac-  
curate: diserteq; dixerim. Atq; illud in primis mihi letacum  
iure esse video: q; in hac iniūcta mihi hodie ex hoc loco ratioē  
dicendi: causa talis oblata est: in qua oratio nemini deesse pōt.  
In quo enim sublimius atq; iocundius mea versari pōt oratio  
q; si quod primū est: te pont. Marimo gratulandum sit de sui  
conciūis ad sumi apostolatus apicem assumptionē! Inde: si de  
apostolice sedis laudibus: tuisq; amplissimis virtutibus loqui  
voluero. Postremo: si quos fruct̄ christiana respub. ex hoc tuo  
pontificatu sperare possit: aliquid attigero. Que omnia tanti  
ponderis tantęq; magnitudinis esse reor: ut non hominū: sed

vir angelorum linguis explicari queant. Verū quia & philo-  
 phī sentētia: & vtriusq; iuris censura inonemur: nihil dici opor-  
 tere: quod uel ratione uel auctoritate nō probetur. opere pieciū  
 esse sentio: priusq; dicendi campum ingrediar: per conctari: an  
 ad apostolatū assumpto gratulari deceat: & eoram laudes eius  
 enarrare. Scio enim cōsuetudinis esse sermē omnīū: qui ad tu-  
 am Sanctitatem legationis officio primū accedunt: ut oratio/  
 nem habeant gratulationem ac laudes continentem. Scio p̄/  
 terea nōnullos adesse: qui morem hunc nō probent: & alterum  
 hominis parum cōsiderate loquentis: alterum adulatioñis vi-  
 tium esse censeant. Quid enim inquinat: ei gratuleris: qui ad  
 īmensos animi corporisq; labores: ad maximas curas: ad diuer-  
 sarum gentium régimen: ad sollicitudinem omnīū ecclesiariū:  
 & quod his maius est omnibus: ad difficultēm & periculis plenā  
 est seruitutem assumptū. Rectins tali viro tanta rerum mole  
 oppreso condolendum & compatiendū esse dicitant. Postre-  
 mo cōmemoratis malis omnibus: quē huic pastorali dignitatī  
 necessitate quadam cōiuncta sunt: ea proculdubio & innumerā &  
 maxima esse. Sylphi satum voluere pontifices p̄dileant: & ob-  
 id gratulationis munus exhorrent. Nea tū sententia nō est ei  
 gratulandum: qui locum hunc ambitione possideat: qui cōmu-  
 ni omniū stultitia feratur atq; errore: ut ea optima ducat: ad  
 quē velut ampla & speciosa mortalium fertur ambitio. qui Epi-  
 cureorum secutus errorem: felicitatem in voluptate constituant.  
 Huic sane cōuenit: quod moralis ille Seneca verissime scribit:  
 Magna fortuna: magna feruitus. Multipliciter quippe: teste  
 Aristotele: hominū natura serua est. Sed eorum seruitus miser-  
 rabilior: qui ad maximas dignitates eucti: vitijs & voluptati-  
 bus inseruiunt: & proprii corporis sunt seda mancipia. Sed si  
 de ihs loqui velimus: qui ambulat in vijs & in lege dñi. qui nō  
 quod libeat: sed quod deceat/ spectant. qui non in voluptate:  
 sed in rītute felicitatem constituant: ihs censeo congaudendū

Etenim virtus est ut Aristoteli placet in ethycis que prompta  
ac delectabilem elicit operationem. et virtus sine operatione mor-  
tua est. Hinc Imperator noster Justinianus libro. xii. sui codi-  
cis: milites quia repub. aluntur; frequentius in acie impater.  
hiberi: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se preparant.  
Hec medici: nec oratores: nec imperatores: quibus artis precepta  
dilicerint: quicquam magna laude digni absq; usq; exercitatioe  
consequi possunt. Cur igit; ei non congaudeas: qui iuxta Ia-  
cobum apostolum gaudium existimat: cum in variis inciderit tenta-  
tiones: cui vita omnis gaudiū est: cum recte ad naturā vivat:  
qui et secundis et aduersis rebus euadat melior: atq; perfectior.  
Huic sane potiores sunt Herculis erumne scuiq; labores et Ve-  
nere et plumis et cenis Sardanapali. Libi igitur clementissime  
ponitser: qui ab ineunte etate: et totius ante acte vitę discursa  
ita vitam instituit: ut non in voluptate et otio: sed in laborib;  
virtute: et continuo negotio gloriari: pro te: pro tua virtute co-  
gaudemus: congratulamur: et applaudimus. Hec sera quidem  
accusabis gratulatio nostra: que nulla negligentia pretermissa  
est. Scimus enim beatitudinem tuam non ignorare: nobis veni-  
endi non voluntate: sed facultatem desuisse: cum tandem neces-  
sarium fuerit nobis legatis ad banc sanctissimā sedem adorant  
dam venientibus mari hiberno tempore: nauibus etiā onera-  
ris habere trahi cere. Ego autem tibi prefererā: nam ut Alpinus  
iuris consultus li. et vij. ff. scribit: ipsa naturali lege non minua  
patrem nascimur q; parentibus. Iure autē gentium ut Pomponio  
placet: medū patre p̄ius q; parentibus parentū: sed tutelle pro-  
p̄iū corporis ipsam quoq; patriā esse preferendā. Cuius do iu-  
res ut ait paullus: disciplina castroq; pro patria antiquior fuit  
parentibus Romanorū: q; charitas liberoꝝ. Et Marcellus me-  
morabilis. Minime lugendū maiores putauerunt eum: qui  
aduersus patriā venerit: quem si filius patrem: aut pater filii  
occidisset: sine scelere non puniendū: sed p̄emō afficiendum.

omnes constituerūt: postremo: lex euangelica nostros licet do-  
ceat diligere inimicos: hostes tamen patrie nedum non diligere: sed  
si incorrigibiles sint necare iubet. Novum non immemor philos-  
ophorum princeps Aristoteles Stagirita: dum apud philip-  
pum Macedonum regem eius esset auctoritatis: q[uod] nec dimidium  
regni sibi denegare Philippus instituisse(nam et regni et viii  
et filii Alexandri cura sibi credebatur) nullum maius benefi-  
cium a rege consequi posse existimauit: q[uod] ut Stagiram ei[us] pa-  
triam eversam restitui assequeretur. Inde legem et formam suę rei  
publicę ipse descripsit: qua postmodum sua civitas vsa est. Dabu-  
itque licet absens suę patrię diligētissimā curā. Unde cōiues sui  
ob hęc merita tanto in honore illum habuere: ut festi dies et lu-  
di quotannis: et eo viuente faciendi illi publice dicarentur. Fe-  
sta ipsa celebritas Aristotelia nūcupata. Catho denique Rōma-  
norum sapiētissimus dum de sua reipub. salute desperasset: nō  
amplius sibi viuendum existimauit. Cum itaque naturali geni-  
um ciuilis et euāgelico iure: omnique sapientissimorum virorum ex-  
emplo patrię magis debeamus que parentib[us]: que filiis: que nobis  
ipsis: quid est: q[uod] in rāto: tam grandi: tam equo: tam oportuno:  
patrię gaudio: a maxima temperē iocunditate! Et hoc enim  
imenso dei beneficio tantum tua patria exultauit: ut nemo sit:  
qui viderit villo tempore rem ei nunciatam: que iocundius ac  
maiore omnium gaudio sit excepta. Cōsternatis nempe tuorum  
ciuium animis obitu felicissimę recordationis Sirti predecessoris  
sonis tui: et Romane ecclesie scissuram verentibus (cum omnia  
armis agi viderentur) nouū sydus oxiri visum est: proculdu-  
bio celo demissum: quod tantā rerum mutationem ipso nūcio  
effecit: ut natalem diem non homines modo: sed iumenta: pa-  
rietes: et sara celebrare credidissent. Affulxit hec lux omnibus chris-  
tianis fateor: sed patrie tue potissimum: que et si dono dei pon-  
tifices maximos plures ex suo secundum carnem sanguine suscep-  
tit: Innocentium illum Quartum: ciuilis et canonice scientie

illuminatorem eminentissimum: qui non modo Genuensium gloria: sed totius orbis et terre decus et lumen fuit. et cuius ea fuit animi sapientia et magnitudo: principum maxime seculartium: Romanorum ecclesie aduersantium deprimente potentiam. grauium vero viroq; litteris ac moribus ornatoq; sublimando virtutem: ut apostolice sedis auctoritas eisdem principibus augustali quoq; dignitate fulgentibus suo tempore formidini esset: quib; antea ludibrio fuerat. Itaque solus omnium: ut puto: pontificum: duo maxima munera et difficilima adimplevit: ut in repub. orbis terrarum moderatrice occupatissimus meliora scripserit: q; excellenter tamen iurisconsulti in orio soloq; studio vinetes. et rursus studio: libris scribendis: legibusq; codendis maxime occupatus: maiora negotia obierit: q; hi qui vacui sunt ab omni cura littrerarum. Adrianum deinde Quintum prefati Innocentij ex fratre nepotem: qui patrui vestigia imitatus: sicut litteratoq; virorum amator fuit et cultor: ita ab eis extitit sumis honoribus celebratus. Hic Adrianus ille pontifer fuit: cui Otobono Cardinali Gulernius Duranti speculum aureum eius opus dedicauit. Et Johannes Andreus: cui vas canonum nomen est: Speculatoris: et aliorum doctrina excellentium viroq; spem ad Cardinalatum cum ipso Adriano ante coronationis diem functio sepultam fuisse scribit. Et cuius etiam maximis conatibus intuenda a tyrannis Romanorum ecclesie diritione mors obstitit inuida et imatura. Alia laum etiam Quintum sacre theologie peritissimum: quo in concione cum Gracchis habita in synodo Ferrarensi: catholica fides nullum babuit maiorem defensorum. Sicutum pariter proximum predecessorem tuum: qui ultra literarum studia tantum fuit magnanimitatis et glorie: ut nemo equare eum sua etate crederetur. Le domini certimmo Innocentium Octavium: omnium quos antea tua patria edidit: pontificem dignissimum: et quem diuina bonitas e tempore nobis dedit: quo christiana respub. bono rectore: auriga et moderatore q; maxime indigebat. et Italia presertim: que diu-

turnis fluctibus agitata: nō amplius sine tali pastore quiesce-  
re posse videretur. O ineffabilem dei pietatē: quę nunqus dese-  
rit sperantes in se: et eos tunc sanat: tūc erigit: cum fuerint ma-  
iori in periculo consti tuti. Quid est quod tibi: nobis ipsis: vniuer-  
sos populo epiano maiori ac honestiori gaudio et letitia gra-  
tulari possimus: quod habere altissimo creatori robisque Reueren-  
dissimis patribus gratias imensas: quod admirabili ac divino pe-  
ne vestro consensu: eum nobis pastorem dedit: et huic sanctissi-  
me sedi sessorem: qui bonitate veller: sapientia sciret: auctorita-  
te posset coercere omnes ad bene: honeste: et in pace viuendum.  
Huius deo sedis amplitudinem ac maiestatē: si referre vellem:  
quod me secundo loco facturū diri: supra hominis ingenii est.  
vbi cum plura direro: nihil prouersus: quod dignum re sit: diri se  
se videar. Quare nostri cōsiliij est: neminem quicūque eloquen-  
tissimus fuerit: imicari. vbi in medio pene cursu multi plerūque  
doctissimi viri defecere: sed nos cōtentos humili tāte sedis ve-  
neratione adm̄ rati: et adorare eam tacito ore poti? velle: quod ver-  
bis licet ornatissimis extollere: quod per seipsum in suprema ex-  
tolli. Nam hęc sedes e celo diuinitus fuerit instituta: quo bre-  
vior de rebus diuinis sermo fuerit: censeri dignior poterit: si ad  
venerationē magis quod ad laudem omnia defranct. Liceat iam  
dignissime pontifex tuarum virtutū laudes attingere: si tñ pri  
us cognoverimus: presentis laudem: vbi fallat nō sit: parceque  
ac modeste fiat: a sanctissimis sapiētissimisque viris maxime pre  
batum iri. Par enim est: nō laudare virtutem: et virtus nō impro-  
bare. Cur igitv verear assentator: videri: si ita te laudem: ut vir-  
tutes longe maiores tibi inesse cognoscāt omnes: quod exprimāt  
verba dicentis. Nam tuarū laudum difficilius est exitum: quod  
principiū innenire. Quid enim uel ad patriam: uel ad genus:  
uel vim animi et corporis pertinet: quod in te amplissime lauda-  
ri nō possit. Si patrię splendor querit: quę et ipsa ad hominis  
felicitatem nonibus consert: Usipiano iurisconsulto li. xxi. ff. di-

185

cente: multū nostra īterēsse scire hominis nationem. prōinde  
mancipium redhibendū: si in eius renditione natio non fo: et  
expissa. Hinc Symonides Lyricoꝝ scriptor docet: Beate per-  
fecta rōne victuros: in primis opus esse patriā habere glorio-  
sam. Luę igitur patrię ḡoriā: res ab ea amplissime gestas: p̄ni-  
cipes maximos: potētissimos reges superatos memorare: sicut  
meę nō est facultatis: ita nostrę nō esset modestię: qui eius le-  
gatione fungimur: et que sine multoꝝ inuidia referre nō posse-  
mus. Illud tñ sine cuiusquā iniuria palam fateri licebit: vrbe  
tuam Genuam inter ceteras christianoꝝ fuisse semper christia-  
nissimā: et apostolicę sedis obseruantissimā. Fuere nāq; Genu-  
enses inter p̄mos christianoꝝ Italię populos: qui sacrū corpo-  
ris christi sacrificiū publice suscepere nūt. Apud patriā tuam nul-  
la vñqm heresis deprehensa est. In ea r̄sq; ad h̄c tempora pro-  
pter xpianę religionis et dominicę passionis reuerentia: hebrei  
nunq; habitare potuerunt. Aduersus Ro. ecclesiā Genuenses  
arma sumplisse nusquā compertū est. Que ḫo pro xpianę reli-  
gionis dignitate augenda: et huius sanctę sedis auctoritatē tu-  
enda et multa et preclara egerint ac memoranda: testis est Jero-  
solomitana ciuitas: que a duce Gottredo cum Genuisi classe  
capta est. Testis Rhodiana insula e manibus Turcoꝝ cum no-  
stra classe erupta: ac postmodū etiam defensata. Testis Idrun-  
tina in Italia metropolis. Testes infiniti populi Greci: Schy-  
ri: Armeni: Capadoces: de quibus p̄ religione xpiana patria  
tua se penumcro triumphauit. Testes inquā innumerī Roma-  
norū pontifices: quos a tyrannoꝝ obsidione ciuitas tua libe-  
ravit. Ut pulsis pontificib; bus hospitiū p̄ buit: et rursus eos in  
sede sua ope diuino fau: nee munere collocauit. Quo fit: ut ne  
mini indiguū videri possit: si patria tua apud apostolicā sedē  
in dignitatibus ecclesiasticis tanci habita fuerit: q̄ ne dicā et  
patria aut vrbe: sed vna tñ tuę ciuitatis familia plures ponti-  
fices maximos: duos supra septuaginta Cardinales: et fauente

ecclesia etiā Sicilię regem habere meruerit. et quod etas nostra  
nunqz vidit: uno deficiente salterum immediatū successore pon-  
tificem maximū patria tua nunc habere glorieſ. Sed tu forſan  
iam illustri vrbe oriūdus: nullas maiorū imagines p̄ te feret:  
nullo splendore familię fulges: immo & necessariis ac parentiis  
bus nō minus clarus et eminens qz patria es. Nam ut omittā  
nobilitatis tuę st̄emata: que a longo origine per viros optima-  
tes et reipub. nostre p̄ncipes ingente cibo patricia repetēda es/  
sent: ut sileā viginti patricias familias ex hac vna vrbi tue pro-  
ditas: ut preterea auorū tuorū domi forisqz tum bello/tum to-  
ga mīrifice gesta. Quis nostrū non meminit Araonem patrē  
tuū equitem auratū sacri impialis palatiū comitē : et Ro. vrbis  
Senatorem: et cui? angelicus aspectus regiaqz effigies velut a  
proauiis hereditaria ad te quoqz transmissa esse videt. Is tāte  
prudentie fuit in rebus agendis: tanti cōſilij:tāte magnitudini  
nis et fidei: ut Sicilie regnū Renati regis vice administrauerit  
Et quemadmodū Quintū Ligarium i. Apbrica fecisse scribit  
Cicero: Regno sic prefuit: ut et socijs et ciuibus gratissima esset  
eius integritas et fides. Talem etiā se omnibus pbauit: ut re-  
gno pulso p̄ Alphonsum Renato: satisfacere hoibus nō posset  
Alphonlus: si quenqz aliū regno p̄fecisset. Itaqz Araoni apud  
Alphonsum euenit: qd Ciceroni apud Cesare: cum Cesare supe-  
rato Pompeio ex Egypto ad eum lras mitit: ut esset idem qui  
fuisset. Sed ego te illis ānumerari minime velim: quos Cicero  
in legis agrarie impugnatiō cōmemorat: maiorū sola gratia et  
illustribus auorū monumētis: p̄mis honoribus fuisse ornatos.  
Tu ipse sanctissime pater: tua virtute: tuis laboribz: viam tibi  
struristi ad id fastigiū quo nunc euctus es. Nōne sicut p̄uato  
noīe Jobānes Baptista: ita re es ḡra plenus: et pontificio inno-  
cens: ita nemini obesse ac oibus semp prodeſſe natura docente  
didicisti: ita ut de te dici possit: qd apud Cesarem L̄itum legi-  
mus: non decere quempā tristem a facie principis discedere.

Quid igitur singulas tuas virtutes hoc loco enumerē: cum in te natura ita omnes congesserit: q̄ inter se quenam maior sit aliquā pugnare videantur. Quis igit̄ sis et quales sint virtutes tue satis declarauit ille omnīū iustus iudicet: qui inter ingentē Romane ecclesie patrum numerū: scientia: moribus: ac vite sanctimonia predicatorum: te unum in terris vicarium sibi delegit: cui gregem suum cōmitteret: et claves traderet regni celorum. Hoc cōtentus esse potes: nec ab homine in terris querere: quod ece lo diuinitus consecutus es. Dic tu postremo quos nam fructus ex hoc tuo pontificatu sperare possumus: illud in p̄mis mis hi venit in mentem: qđ Septimus Seuerus Augustus vir bello et pace insignis moriens supremis verbis velut clarum et memorabile facinus sibi adscriptis: Accepisse inicio sui īmp̄ij rem publicanū conturbatā: relinquere vero pacatam et tranquillissimam. Tu vero Romam tue sedis urbem: ne dicam turbatā accipiens: sed ciuilibus ac intestinis odiis: simultatibus: et seditionibus palam et publice furentem: vir adhuc sedens ita pacatā reddidisti: ut nedum Seueri: sed Octavianī etiā temporibus nūct tua Roma inuidere minime possit. Nam si cum Innocentio illo Quarto diuino hoīe: quem paulo ante memoriaimus: patria: nobilitate: cardinalatus titulo: et pontificio etiā nomine: diuino et autumo potius quam humano cōsilio idem esse et meruisti et voluisti: cur ambigendū: quin rerum gerendarum gloria eum equare debeas: aut etiā sine controversia superare? Et hoc presertim tempore: quo plurima se offerunt christiane rei publice pericula: re et exemplo pertimescenda. Nudet nāq; referre christianoꝝ miserias: et quibꝝ infidelis gladius maiores vires accepit. Vidi misericordiam paucis pene elapsis annis Turcum Italiām ingressum: et quod sine magno dolore referre nō possumus: paruis admodum viribus ita fecisse: ut toti Italie iam formidini esset. Cuīus nisi mors cursum pieripuisset: sunt qui bānd temere credant: vel Italicoꝝ desidia: aut inter eos perti-

naci contentione magnam cladem toti Italię inferre potuisse.  
Hunc filium eius: quem fama erat otio magis ac delicia q̄ beli-  
li cupiditate teneri: quod pater illius nō sine magnis cladib⁹  
frustra sepe tentauerat: Licostomū Moestriūq; opida in ho-  
stio flumis Danubij posita: mira celeritate expugnasse. Quid  
nunc facturum eum hostem hac victoria elatū arbitramur: ni-  
si extensurum se. O bone deus: ne irascaris populo tuo: uel in  
Chyos: uel in Rhodios: aut ex Bulona maioribus viribus in  
Apuliam traiecturū (et reuinam sim falsus rates) ruptis sumu-  
late pacis federibus Venetam etiā ditionem incursum: quo  
tempore assurgemus oēs: cum nibilo magis proficere poteri-  
mus. Dies et facultas me defecerint: si hęc omnia p̄ rerum indi-  
gnitate et periculo recensere velim. Quin potius immortali deo  
et agendas et habendas gratias cumulatissimas reor: q̄ te opor-  
tune admodū rebus fessis opem laturū sume rerum p̄ficerit.  
Non erit igit̄ a te pontifice Matimo periculū hoc cōtemnen-  
dum: neq; vlla incredulitate aut mora p̄termittendū: quin ex-  
cites christianos principes ad hanc curam: et prius occurrentū  
q̄ magis ignis in ualeſcat. Et si quispiam repugnare videbit:  
tue Sanctitatis officiū erit: suo imperio: sua auctoritate: suis  
viribus omnes cogere. In quo inter multos p̄cipuos et ad pa-  
rendum p̄mptos: habes nos Genueñ tuos: qui sicut veri chri-  
stiani semper suimus: semperq; esse volumus. ita te Innocenti-  
um Octauū: sumū verum et indubitatiū pontificem: esse testa-  
mur. Libi igitur ditioniq; tuę: quod p̄cipue a Reuerendissi-  
mo illustrissimoq; Cardinali et duce atq; iuclyto senatu nostro  
est demandatū: oēm ac p̄petuā deferimus obedientiā. Obe-  
dientiam inquā: quia legittimo pontifici fideles christiani p̄p-  
stare solent et debent. Eoq; libertius ac paratius id facimus:  
quo et fidei et communis patrie neru stringimur. Libi preterea: si  
quid nobis virium: potentie: dignitatis est: promptissimo ani-  
mo ante tuos iamiam deosculatos pedes humiliiter deponim⁹:

in fine cum ecclesia dicentes: Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inuenitus est iustus et in tempore iracundi factus est reconciliatio nec est inuentus similis illi qui consuaret legem excelsi: ideo iure iurando fecit illum dominus crescere in plebem suam;  
Dixi.

Dicta anno domini Mcccc.lxxxv.die xxvii.aprilis.

**L**itteris Ueltrius Uiterbieñ ad diuam domū Fliscam: omni honore et laude præstantissimā: post luculentissimā orationem habitam ad summū pontificem a Flisco oratore Maximo.

Felix Flisca domus titulis decorata supremis:  
Felix et tanto rhetore Flisca domus.  
Celsior ut cunctis laribus celebrata per orbem:  
Eloquio facta es sic et in urbe prior.  
Stegmate nobilior: tum scemate clarior omni progenie quum sis: quid nisi diva domus?  
Uiae igitur felix: totum diffusa per eum:  
Ut quondam titulis morum cumulanda sacris;

In  
1255

¶ **L**etitiae tuis haec est. ¶ **C**antus. ¶ **I**n  
¶ **S**ancto enim illis tuis misericordiis  
¶ **Q**ui datus es nobis ut nos  
¶ **E**mancipemus de mortali corporis  
¶ **C**onscione. ¶ **O** ror mortis.

13. *Utrumque* *admodum* *convenit* *ad* *hunc* *tempus*  
14. *admodum* *convenit* *ad* *hunc* *tempus* *admodum* *convenit*